ALEXANDER PP. VII

Martio 27 (65)

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Omnium saluti paterna charitate intenti sacra interdum [illegible] spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animae Domini nostri Jesu Christi eiusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, et illis adiutae ex Purgatorii poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam [illegible] Fratrum Tertii ordinis S. Francisci, loci de Piazzano Cremonen. dioc. et in ea situm Altare S. Francisci Confraternitatis Cordigerorum eiusdem S. Francisci nuncupat. similis alias privilegio minime decoratum hoc speciali dono illustrare, auctoritate Nobis a Domino tradita, et de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ut quandocumque sacerdos aliquis saecularis, vel cuiusvis ordinis regularis missam defunctorum in die commemorationis defunctorum, et singulis diebus infra illius octavam, ac feria quarta cuiuslibet hebdomadae pro anima cuiuscumque Christifidelis ex Confratribus dictae Confraternitatis quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut eiusdem Domini nostri Jesu Christi, ac Beatae Virginis Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur concedimus, et indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die X februarii MDCLXVI Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Natal. pro [illegible]

S. Ugolinus

1666. Die XXVII Februarij

Rmus D. Provicarius Gen: Epi Cremae vidit et admisit, imprimique et publicari iussit.

Abb. Martius [illegible] Vic. Gen.

Justinianus Arrdous Cptlis Cancell.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (65)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876318430-19/fragment/page=0002